lonibus earumque prosecutionibus exceptionibus prescriptionibus fatalijs ac dilationibus
gentis universis de iure et consuetudine dari solitis iurisque et facti omnibus re-
nuncijs abrenunciando sue et suorum successorum sub quinquagesimo totius cause
vel litigiosi vadij et vadiorum, quo vel quibus solutis ipsius inscriptionis presentibus
quorum sit necessarium satisfacere licet recognoscens tamen nulla prescriptione
terminorum obstante

136. Berezanski quietat Thureczki

Coram officio et actis presentibus Castri Premislieu personaliter stans Nobilis Dmitr
Berezanskij Advocatus in villa Sacre Regie Mtis Berechi, a iure foro suis
proprijs quibusvis recedendo, et se cum successoribus bonisque suis omnibus huic Castri Pre-
mislieu Jurisdictioni, quo ad hunc actum incorporando et subiciendo, sanus mente et cor-
pore existens publice per expressumque recognovit quia sibi Nobilis Sienko
Thureczki summam trium millium florenorum pecunie in qua summa predi-
ctus Sienko Thureczki prenominato Dmitr. Berezanski bona sua terrestria
vel totas et integras sortes in villis Thurka et Vinjatichze ad cer-
tum tempus quin pociusque ad exemptionem coram officio et actis presentibus inscri-
pserat et invadiaverat ut ipsum inscriptionem eadem Castri Premislieu
suis testatur solutione sufficienter et omnimoda in effectu persolvit
et quam summam preexpressam ab ipso manualiter levavit, racione cu-
ius eiusdem summe totalis persolutionis prenominatus Dmitr Berezanski
eundem Sienko Thureczki de summa predicta quietat et liberum
facit perpetuis temporibus sibi et suis successoribus pro premissis omnibus
perpetuum imponendo silentium. Mencionem et de bonis supraexpressis
ita exnunc eidem Sienko Thureczki cedit et condescendit hac persona-
li sua recognitione mediante

Thureczki adscribit Jasieniczki

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castri Premislieu Nobilis
Sienko Thureczki a iure et foro suis proprijs quibusvis recedendo, seque una
cum successoribus et bonis suis omnibus huic Castri Premislieu Jurisdictioni quo ad
actum presentem incorporando et subiciendo, sanus mente et corpore existens publice
per expressumque recognovit quia Nobili Anton Jassieniczki et suc-
cessoribus eius ad summam priorem mille noningentorum et quadraginta
florenorum pecunie coram Judice et actis terrestribus Premislieu duabus inscriptionibus reco-
gnitis et in bonis viginti arrearum seu curiarum possessionatarum tum et
in integro molendino in villa Thurka consistentibus ac in alijs quibus-
cumque bonis inscriptis, prout ipsum inscriptiones eedem in se latius testan-
tur, summam ducentorum et quadraginta florenorum pecunie mon. et num. polonicalium
in bonis non supra expressis adscribit adiungit connectit et

associat, ita quod in summa simul iuncta duorum millium centum et octuaginta
florenorum pecunie idem Anton Jassieniczki cum successoribus suis bona eadem in inscri- 131.
ptione originali specificata tenebit habebit et possidebit cum omni iure domi-
nio et proprietate, ac cum omnibus punctis clausulis et articulis, tenitione
evictione ac alijs omnibus gentis conditionibus in inscriptione originali descriptis,
quamquam inscriptionem originalem per presentem adscripticiam, et presentem ad-
scripticiam per prior originalem idem Sienko Thureczki eidem Jassieniczki
in omnibus earumdem inscriptionum conditionibus approbat ratificat et con-
firmat usque ad exemptionem et summe prefatam totalem persolutionem
Nihilominus idem Sienko Thureczki se successores in omnibus bonis inscri-
bit presentem Castri Premislieu inscriptionem adscripticiam ex his actis
ad acta terrestria Premislieu ante unius anni decursum transportare
sub vadio similis summe ducentorum et quadraginta florenorum pecunie mon.
polonicalium pro quo vadio prefatus Sienko Thureczki cum successoribus
citatus extunc a iure suo terrestri recedendo coram officio Castri Capituli
Premislieu in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pare-
re rudere ac pro prefato vadio ab officio non recedendo omnibus excepti-
onibus controversijs evasionibus prescriptionibus suspensionibus motionibus appellationibus
earumque per additiones prosecutionibus bellis conventionibus vera vel sim-
plici infirmitatibus actione pro maiori ad quietationem dilationem non petendo
Pena trium marcarum et tricarum pena ac alijs omnibus gentis dilationibus iurisque re-
medijs semotis satisfacere totius quoque opus fuerit tamen et sufficientes
tribuuntur, nullatenus premissis omnibus prescriptionem terrestri obstante quod
memoriali firmatum est

Jasieniczki arendat Thureczki

Coram officio et actis presentibus Castri Premislieu personaliter stans Nobilis Anton
Jassieniczki a iure foroque suis proprijs quibusvis recedendo et se una cum
successoribus bonisque suis omnibus huic Castri Premislieu Jurisdictioni quo ad actum presentem
incorporando et subiciendo sanus mente et corpore existens publice per expressumque
recognovit quia bona tenute sue vigenti arrearum seu curiarum possessio-
natarum tum et totum molendinum in villa Thurka consistentibus, que sibi Nobi-
lis Sienko Thureczki certis inscriptionibus duabus scilicet terrestribus et ter-
cia Castri Premislieu originali et adscripticijs super summam ex eisdem
inscriptionibus originali et adscripticijs provenientem et in unam collectam
scilicet duorum millium centum et octuaginta florenorum pecunie ut premissa inscri-
ptiones eedem terrestres et Castri Premislieu latius obloquuntur, ad certum
tempus seu potius ad exemptionem et summe eiusdem plenariam exsolutionem inscri-
psit et invadiavit possessionem realem et actualem bonorum eorum dedit et commisit